

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Osci Et Volsci Dialogvs Lvdis Romanis Actvs**

**Accursius, Mariangelus**


**[Tübingen], [ca. 1515]**

[urn:nbn:de:bsz:31-270851](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270851)







42 A 1205 RH











*(Accursius, Mariangelus)*

OSCI ET VOLSCI  
 DIALOGVS LV  
 DIS ROMANIS  
 ACTVS

*Emptus in manus Eselinger  
 ab Jacobo Neustetter An.  
 M. d. xvi. Mart. Dec. /  
 Οιλίππου τ' μελ. α.*

*Ταῦτα ἡ ἑκαστῶν ὀρμῆς χειρῶντα ἔθηκεν  
 Εὐλόγιον μῦθον, σέμματα διηολόγους.*

[1517]  
 Z4

*Landesbibliothek  
 Karlsruhe*



ILLVSTRI DN. HERMANNO COMITI  
NOVÆ AQVILÆ. ECCLESS. METRO  
politanae Colonien. & cathedralis Leodien.  
Canonico. Archiepiscopi Coloni  
ensis Legato, Philippus Me  
lanchthon se com  
mendat

En Romanam illam de loquendi consuetudine, uerbisq; deli  
gendis, PRINCEPS, lepidam certe ac festiuam disceptatio  
nem, quod nuper in Germaniam reuersus Joanni Reuchlin con  
sanguineo nostro munus, *δοσιν ὀλίγων τε φιλωντε* dedisti. Libellū  
is & beneuolentiæ in se tuæ ac singularis studii, & gratitudinis suæ  
planeq; officii testimonio nobis excudendum tradidit, quem ce  
leberrimi nominis tui argumento literarum studiosi comunem  
amplecterentur. Quando uirtus hoc etiam tua, splendore natali  
um tanto, & mira fortunæ gratia illustrata meretur, ut omni stu  
diosorum ardore Musagetæ quidam, ueluti cōmunis inter mu  
sas Hercules colare. Itaq; titulis tuis libellum, munus tuum *κατὰ  
τῶν ἀντιδώρων χεῖρας* ad scriptum Ornatis. literarum patro  
ne lubens accipe, quo simul intelligam officium tibi nostrum re  
cte probatum iri, & quam in te studiorum spem colloco, non in  
anem prorsus arbitret. Tubingæ.



Mariangelus Accursius Thomæ Petrasanctæ.

Comitatem tuam bonorum mihi antea sermone cognitam  
ita omni spe maiorem nunc agnoscere incipio, ut cum ea disci-  
plinam orbem admirari pariter non desinam. Hinc factum  
est, ut ridenda tibi iam committere non sim ueritus. Dialogum  
uidelicet istum stilo altis ueluti radicibus innixo in multorum  
æui nostri literarum horto, anxii (ut ita dixerim) uigiliis ac sum-  
mo studio desipientium. Eum, quia in magnificentissimo appa-  
tu ac publica Romanorum læticia, cum superioribus diebus Iu-  
lianum Medice urbe donarunt, agi breue tempus non permi-  
sit, eorundem flagitatione quorum iussu ferè triduo & concina-  
tione fuerat tumultuaria instructus edere impellimur. Vt maio-  
ri fortasse detrimento temporis in negotio papyraceum eum  
qui legant, quem dispendio uoluptatis ociosi ac sedentes to-  
gatum in scæna non uiderunt. Vale.

OSCVS.

u Iculatio est mi physiculanti, contruspanti, priuaq; di-  
runcienti. Nan suditer fulguriterq; spicio, dædalam  
omniparamq; naturam non nouercam gnixo .i. e  
bulga, e folliculoq; exthecato protinam, uerum  
Mammam pollucibilem fuisse. Nec gymnade cacodæmonem  
in triga, set in blatteo paludamento statuisse. Et nunc ingentissi-  
ma Mehe Ormothogeu, Phorbiontem, Strilicem, Doriscasq;  
secūditate donasse, ac cypro æque atq; fontico æquimētū atroa-  
tationemq; reddere (utq; imaginarie & similitudinarie hiscam) re-  
taliare sardo. Quande spiranter aura uescier, hacceq; fruiscei æui  
tatis aletudine duint, qua Romanicæ Gentis maie statiua Maie-  
stas in illeum defecatum & libesum calcum statum auceta re-  
truditur, id est antiquatur. rirusq; Quiritium redundanter ac su-  
A ii



perfluenter defrecantur, februantur, eruderanturq; auspica-  
tis Archiflamini. Cuius in adoras fimitu omnes fturnatim, con-  
spiranter, affectanter, centuriatim, grummatimq; adfurgere de-  
berent. Ipfus Ego pol id fponfaliter cupienterq; præclariter facti-  
tarem, fi. L. Apuleii multiloquentiæ lineamentationem leuiga-  
riusq; ueriuerbium faturantius ac non nepa lyra concallerem.  
Illeam (inq) fuauiloquentiam facundiofam & oratorium melos  
quo ipfum afinum cognomento aureum, auratiorem auro- fafti  
gaut. Eft quippen eius tanta altiloquentia, ut præ huius noenon  
uatracen Arpinatem polylogum, blafteratorem, Lingulacam,  
immoderatam fuam eloquentiam pro. roftris dixit credam. Ca-  
pital cõmifi, q; Crifpi mediocricula uerba, infantiliterq; adftru-  
cta mis cõgermanefcuerim. Melton axauerim, petronefam fam  
infinitabilitatem tollutiloquentiãq; pro roftris eructaffe. Di duo-  
ni fi hic apor frequetarios Quirites quiritandum foret, peropta-  
rem. Q. Hortenfii immo Hortefii mamuriam fedum Afini glos-  
femata, & Capellæ Pancpiftemum, literofiq; Apollinaris Cicero  
ni inueftiualiter obftrigilantis, uilitigantis, pipulantis, carinen-  
tisq; uoculas fequipedales exterfas nouas adfluere q; etenim cele-  
braferem, grandirer, regiefcerem q; famofam momine domui-  
tionem remerem? **V O L S C V S.** Perfalue poetarũ Plato, philo-  
fophorum Homere, gemma amecorum literarumq; Qui Deus  
terrenes & mortalis Papeus. **O S C.** Et tu firempfiter, fynchronif-  
morum neoterorumq; polyhiflor Appion, & cor latinũ. **V O L.**  
Pullariam datatim ceffo te conlabellare orculo focienne ocu-  
liflime? **O S C.** Tu dũ extrarius fatin cũ latitudine? **V O L.** Ne  
mut nõ acosme. Ameti & inori, medioximi, minereimi q; longi-  
ffrorfus faluom numero te imperat uiuiffimi **O S C.** Forfte Hor-  
fte, Tibiq; & ibus pliffimum atroandum. **V O L.** Quid uero hoc  
admirabunde tu ditabas? Audiuitaui te non longule hinc diutu-  
le loquitantẽ, tacuiq; q; tacituriui potius. **O S C.** Euax dubene &  
diiouis luceti, mirumft q; antigerio mehe hilaribundum tis pro-  
lubio aduentus tutaxit, elucidataf q; pene draconas excierit. Ego



Theatrum decumanum nupera exfebre factum brupens circum  
 spectabam. Hoc (in q̄) quaternatum, contignatum, ichthio colla  
 tumq; tessellatum coassationibus deliciis, scandulis, substructio-  
 nibusq; contrabiorum architectatis. Spicin siliquastra undiquo  
 uorsum ad sessum conspicillumq; omnigenorum mortalium  
 cōstrata? VOL. Corgo. OSC. Et sellas scāfiles, Hellenismo Ana  
 bathra. Iuxtim Senacula, in quis Sufes, maxumates, uenoces, sum  
 matesq; sedentitabunt. Infra, turbela murmuratione expergifi-  
 ca & obstrepera, epiphonema, chirooniaq; Senatus blattiferi spi-  
 rarcorumq; auribus non muriceis nec ferabitibus nec in cicuri  
 bus adrumabit, muginabitur, pediet. Pusii succotrilla frigutient.  
 Pitpit demus oculcatim trutino, nil est quod titiulitii, flocci, hi-  
 lumq; nausem. Ita sollon dædalice, dinocratice, uictruriterq; cō-  
 plexum. VOL. Mamuriter. Quin etiā canteriatum lociolente,  
 ferruminatum asserulatumq; gnariter, statumine statuminatū,  
 Zonatum assulatumq; ualgæ, uictæ, cameræq; festæ frundēs. En al-  
 trinsecus, horsum Ara Oreo obsca. En illorum conregione Pa-  
 læ altera obsata. En Ligella entipagamētaq; OSC. Set quid, An-  
 tifer symniq; prox q̄ mox aderit, nec extrant focciferi Galato-  
 res Mimologi, quos tu scrutinio pensiori Rubricarios maui-  
 absentatis. s. auerruncatis & descobinatis deletitio graphide, atro  
 O, fodicatis nugalibus scholicis. Quod gnomonici pre ingenii  
 macore sensuq; arcadico, q̄ adminicula adsciueris ut ferme in  
 omnibus parergica, excantant. VOL. Optume menis ut qui  
 non apor hosce Triuiales feculentos, hircosos an sancti compu-  
 trescentiores ab abecedaria umbratili literarum pugnitariola. i.  
 sciamachia imbutamentis, progymnastisq; tete commalaxane-  
 ris, set apud me non pridem pulpitarium per lateburnulos, rosci-  
 dulas ripas, florulentulas uerrucas, muscidosq; limpedoros, & flui-  
 mina conflugesq; sedentem, cum unose ambulacra capeffentes  
 apricantesq; in anclincio sribadioq; hoc est selliquastro sedien-  
 culaq; cespititia sectator noster & dogmaticus fuisti. OSC.  
 In mamuriam quase somnialiter badizat ut interduatim cum



per frondiferas cicuticinibus ferabitibus cultas dis calefurni-  
as, perq; silentia stloca, amq; scaturientes murmurillo riuolos,  
lustrionaq; profarias rhythmipedesq; struices cantitaremus, Ra-  
na obrutentes repentaliter aduorterint, cis ripulasq; effutæ fue-  
rint, nobis. s. uicissim brececece xizantes. Afinos simulter, qui bi-  
besii andruauerant, captos suada medulla sinciniæ adruditasse  
ambobus inficias ulli nequunt. Atq; ego obiter & paradoxaton  
confieri potesse ut utrunq; ratione particeps psalmos nostros de-  
cunerent, nisi furisq; sermonem rumifero, nemut contra forsit  
quid dicassis. VOL. Texternam fixulæ prebuimus uerâ ipsipe.  
Olim. n. sectatos arbofenos rasorem Orphea cōcinentem uanan-  
tes caluontur. Ego plane pe quo petescis physicum consiliofissi-  
me gnarigabo secretulum, & supra scotinum Heraclitum perple-  
xibile faculter dice, euannabo, emedullaboq;. Auriculas frige  
atq; audi lætaberis. Residibus horis ac tumultuariis lucubrationi-  
bus pressius indaganti mihi pte renati multinomii Pythagoræ  
abdimenta opinamentaq; hocce contigit in lucorem rudurare  
latibulum. Posito homone, ex dorsu a dispalata diurna q; ani-  
ma, red ux uel alium nanciscitur, aut etiam brutorum aqualicu-  
lo in latebratur, eorum maxime (ad quo callisco & mi conuel-  
lit aurem lar casarius) quæ corporare haud solent Mortales, ea  
esse auræ exterebraui Afinos Ranasq;. OSC. Philosopha phro-  
nesis, impendioq; adtendenda, perge. VOL. Omne. n. incurui  
ceruicum Animale nequaliis, lambratione, termétoq; suo quo-  
dam tallipedant lacunanturq;, & uel pro tucetis in commessati-  
one uel lurchinabundis mastitantur Afini autem donicum ad-  
termonem brauiumq; uitæ repansant nusq; macellantur. Ranæ  
itidem æmidulæ ociosæ usq; quaxant, non affa nem uoce  
set organice. Inde q; rotunde Axare pro eloquutiliter uerbula ex-  
uomere Latiales suremerunt. Ibusq; occidium nemo homo pa-  
rat, in cinarum tantum partis postliminias quidam irruunt ligu-  
ritores, ut. s. in mosculis catamitorum pariles nil non conuenire  
einis cum homonibus & hinc adnases. OSC. Non Quatru-



bis ita quatrurbice, Mussæ ita mussice, Pallas ita palladia. Re-  
clausisti quippen edocenter, disertim, amussitate. Verum hæcce  
iam obambulent ex Scæna in Scenam. i. uespernam, quæ domi  
ostium pultat centaurice. Em. n. ad perediam satullandam expa-  
raui alebriam, saliare, mellitam, piperatamq; cuppibus cuppe-  
diis. Specio etenim petilum te, squallum, tetinem, sublestum, de-  
bilonem, elucum, cracentem, crocotilum, monogrammumq;  
exfectum, tanq; turchineris ob imaginariam insomniam. Nem  
illud potius in causa, q; Fornix fornicantē te plusq; a quo equi-  
tantem male habeat fœminosum. VOL. Ita me Arungus Ku-  
bigusq; Tutanus Tutulinaq; a gallico contagio tutaxint, non ista  
mihi labes labida labofast, nec suam myope adeo, cecultans, de-  
mentatusq; qui adolescenturiam catulliamq; bipuer, istisce me  
profedis condempnsens comitassensq; etiam si pateretur paupea  
tini incitas. Nosti. n. ollas, flauissas tantummodo latrare, furatri-  
mas, trahaces, inducularum lopades, temetorum calpar. OSC.  
At illud consiliuisti, Quæ linguam sublabrant, uibranter clunes  
exdocteq; tudiculant, & desultura atq; adsultura articula fœmi-  
na acetant, trigant, capreolatinq; cruscula crispant supæ nin-  
guea, ut uenus edulcetur incensori, recelliclunia, alicariæ quæq;  
dulcitatem melculum dum, relicinæ, reflata, replausa, recliuiter  
atque relecte operatori responsant danunt. VOL. Infician-  
dum id quippen non escit. At dice, ubi caluitates glabretaque  
criminularum oculatis antlant manibus, nec eruscare, manuari,  
clepereque dari sibe spiciunt, non ne statim ningues creduas eaf-  
dem. Hebetes datatim ludendi facturiendique, uultuofas, mar-  
core racentes, gelicidio frueri, marmorare ac lapiret. Lipere ue-  
ro temet, si duis quibus nulla satias, cupedia omniuola, rubigi-  
noso semper oculi limaces marsubio, libidinitas prouinosaque  
tentigo etiã ancumulentis imbubinatisue, lastauræ, dardania,  
fallaciosæ, conuasatrices, harpagonæ, nugiuendæ, pelliculatio-  
ne palpisq; uenatiuæ luminū populositare cōstipata, & totæ ocu-  
lea. OSC. Mâtissam adiice, Inuenirier neminē nō mangoniza



ram, uenaliatam, quæ glaucoma, amblyopiata, amaurosim, sco-  
todiniaſq; Sphragidonichargocomitibus ingerunt Et capronis,  
fallaciloquentia, falla ſutela, offudis, cinnis, trahaciori tractu q̄  
quo explicatili mehanemate pelles in pelleſuina pelliones ex-  
plicent trahentes, forinſecus ebrulant exoculant malaciffant ex-  
ternatq; Prodius cattiliones, ſardanapalitia, madulſæ, manuſiæ  
fraceſcentes, collutilataq;. Et (ut parapoda utrunq; exprimam)  
Harpyiæ. VOL. Et quæ ad inſtar habent ſicitatis noſtipuga.  
In lauiatrinis nunquã perporata, genua, manuſiæ, biboſa, ebria  
ca-peminofa, leucuna, eretina, pedila, uiroſa, intercutitæ, ſcriptæ  
ſcrupeda, ſtrictiuela, gaſterochira, cariſſa, uerſutiloquaces, exba-  
liſtatrices, fronte cinædo (nomine. s. arſenico) uitro obliſto per-  
friſtoq; cerrita, ſtilitium non ſculna depeſtriceſue, ſet malo rum  
Ilias proxenetæq;. bonorum anullata & apotropea, utroſq; in-  
firma, alterplices, dupliones. OSC. Politule, uerum hæc butu-  
batta, ſuperforanea, & triquetrina gerrula. Quæ rametiſi facta an-  
terius ueniabilia eſſe & citra noxitudinem amaroremq; nequît,  
in ſperibus ramen habeo mutabis clauom amodo. Idq; famulã  
ter obuofſacro obloſplacoq;. Quo .n. piaculo gloſſam latinidẽ  
uiduares magmento ſi contracta ualetudine ad ultramondanos  
biothanatus abireſt VOL. Obloquuias. Coracinum fortu-  
natimq; uita itiner ſortitũ me diurnaturumq; ab diuini potenti-  
bus Exorcizatoribus certiffiui poſt cuius deniq; reabſolutionẽ,  
gnefoſam ſetuofamq; reculam inter indigamenta cætera apote-  
leſmataq; amoſiuerunt fantaruntq; & mihipte ſomnorinum fu-  
tauit, futurum. s. Deorum pulpitariũ Me. Preterproter uero in-  
pulla uictiturũ, donicum M, iſtum Ciceronem Tullium a conſue-  
tione ſermonis ſarte exciſſem explaudã, & (ſi euenat ut redire poſ-  
ſetur pugnitus mordicibus pernifq;, aberuncaffam, protelemq;. Tu  
uero interatim poetarũ uocaliffime carminabunde preiudi-  
catiffime, quo blandiloquẽtulo affamine autannitatis caldor de-  
leniatur, ſi quid tibi nupa carmenali ſtruetu poematorũ de mo-  
ſillo cõcinnatum eſt, quæ per muſſicum logodædalii palati con-



cauom tinnientia quasi tibiis multiforatilibus exfundis, sedentaria focatione concipitata dū moramenti exinanimus diuidiā (ni freceat) famino. OSC. Tepestutis nostræ gestorum axabo initium. Cuius operis ad omphalum iam uentumst. Postuma. n. & deincipitia schædia adhuc, rauda, plasticeq; postremissima haud mata redigenda sunt in ordinem. Ea perterricrepo hocce prefa minio canentes detonamus.

Fferumenta nuo nostri sequeculi honofes

o Pandere, quo menō Hypatos mage contulit en gau  
Anterius lamuris, fuit aut gemmantius ullum.

Prologium iam cete Deæ, quæ uescula, quæq;  
Fert uehea un mediocricula ad Aganippidos undam.

Cascis cantabo uoclis hæc casnariorum,

Rhodini sollon sectans numerumq; filumq;.

An dei & ualeant improlia metra Maronis.

Concrepat en Lucebouis alpens Cytthera dente.

Phœbeacus lucernat amor pectuscula. Coho

Sicce suam stlatus. Tu sis mihi Apello fauissor,

Mnemosynisatæ & terternæ uopæ sorores.

Falcigeri Seclum Sateurni nemo subimet.

Hoc melton, Rerum redinunt quo maxumitates,

Quo Tuba tartarino sonitu taratantarat, & quo

Bombat terrimoton magnitrona & emda Boarda,

Tympana quo tergis rebount simul undiquouorsum.

VOL. Supra triseclum hercle senē dulcioriloqui. ut saliaris he  
roissant rhythmis. q̄ poetarum plasmate cantilenosi sunt, q̄ uarie  
gato phuco picati inuisti. q̄ uorsi pigmentis. Tam sunt carmi  
nati sup Petauristas saltatricule, tamq; profundas habent uocu  
las, ut axamenta uix cupencis suis interlecta antecellant. Ideoq;  
scio quemlibet legere ante cessaturum q̄ lecturire desiturū. Prō  
ptiusq; fecialem quempiam aut ueternosum Gymnosophistarū  
questionum Aenigmatistam Hydramue soluturum, quam quis

B



aliorum tetinerit intelligatq;. Atq; ego istud cuiq; scribundi mo-  
dum amplectendum astaffo, ne fiat uel transiberino ambulato-  
ri facul adibiliterq; latialiter loquier, ob idq; despiciatui literarū  
consuetio. Quid.n. si manifestus olim minimeq; enthecatus me-  
andris grippis & inuolucrisculis ille nodus orbimperiportendifi-  
cunq; plostri loramentum extitisset non ne fas fuisset pecuato  
cuilibet microcosmoq; terrarum magna cum uiduertate rutu-  
baq;, quod Alexantro semel contigit. Itaq; bellatula nostrae hæ  
resi actum escit. Omnes copim me ametabundi non manifestis  
tabernariisq; immo tabulernariis uocibus ex plebitate pleuita-  
teq; sumptis, set nocticoloribus ita prorsus obloquier (loquier di-  
ctum uolui) didicere. Vt ut nō plures sui sectatores reliquisse Ian-  
nem a uitellis post abitionem nobis liceat non facilibus adiu-  
re. Equidem poematum pumilii extrilidiq; Casmilli here mihi  
exaratum ostentare possum, quod ista tua siremps, compar, cōci-  
nensq; prorsus uerat. Einemq; nunc Apostolum occupatissimo  
noctisurgio & anteeotino incursum, celatim, perfestinatim, saltu-  
atim, uelitatim conscribellauit. Petissoq; ut Lebrum Erotopelni  
on nobis mittat, quod te uelle noueram. Id tibi pellegam, si quid  
forte aliuta dicier cordiat, priusq; pro hac cartula succidaneam  
subficiat scripturarius famul noster a manciolis.

Casmillo forianti micabili radiofo Volsus.S.

**P** Hæbeis modulis amicitiei tuæ gaudialiter uoluptifice  
& uitulanter sæpicule anacreon ignitabulum scintilla-  
lasq; nis refricuiisti, nuperaq; capistratum & tanq; ueha-  
bulo iugatum iugiter betere petiolis ac iuare samuieisti in æstimi-  
am, ut Gorgonei fontis aspergine inroratas hinnientisq; riuo ut  
gula merulentas Pimpleides poetica contenderim superare pru-  
rigine. Et e tuis necunquem symmatheten contyroletam adse-  
quuturum artitum Te perculire menon inficiar. Hocceq; aliisq;  
sepioticis extrare familla exdecimatum facul, bellioem, uirati



oremq. Et ne elographa promicādo membrana confiat, ne longiscam, neue ex laconismo in loquaculam bliteamq; atticitatē deriuetur adloquium, ac exodium faxim, non tam hercle q̄ me tuom Eligidion urbium depopulatoris sociennos uerborum de lenifico nepente & titillatu prurioso pharmaceutriaq; nidorum amorabundis illectamentis ææa phaethontis phœbi fidia pelle xit. Longurione itaq; diastemate diffitus cicur saperda selino, in studiorum malacia, literarum agonio asenas ne desua, quin pro gnariter antigerio lacertoseq; in capse tere exinfules pedotribamq; me tuom aureacem prodromum, æque atq; pisculenti Pistrici (dispar tantum comparatio) cum caudæ moderamine Musculum simies qui de musculo palestrans marte & coniti nigulorum bonorum aut ad spicilegium relinquo stipulam, aut e uirgindemia uilegiū, aut e fenifecio quod quis siciliat. Sed hac de istis tenus. Non q̄ non longe plura scripturierim, sed unde caussast ut sermocinemur. Reluctanter, dubiatim, infrenanter atq; infernanter ab eo qui alteras in nos utilia contulerit cum alirei denuo sese offert indigentia procare uls quicq; uesci, subfenice, subruffeiceq; consueuimus. Tua beneficia cimmerijs tam hercle apor me atritatibus non sunt q̄ in bucca homonū. Quid .n. subactus pupus nostræ pridē ferulæ & a bua usq; uel negumasti unq; ceruicosus uel tergiuersatus es? Quid nunc etiam nō omnia delenefico famulatu & ancillatione cernuus conquinatus ocqui niscitusq; indulges, cū ramus parestatæ uixdū roborascit uoxq; gallulascit? Præbiteam si eorum bouinator suam unq; haud me minens. Non enim sum his artibus cerronem ut me possis uel in gratum cluere. Igitur in me orando est, cauissiq; foederum admodumq; si delphino temperius Liuium ad non triconem me, sub properæ sponsione redibitionis, miseris. Liuium inq; Erotopagnion, uolumē putrilagine clancularium blattariū & umbra tilocū, non antenoreum illū ab Euganeis logistoricum seu manis longistoricū patellariū autōrē & in qui uel ex pollione patuinitatē gnouim⁹. Scio perpol fore fere istud impossibile impeli



mentoq; q; tibi non fuit integrum, neq; potesse penita honesti-  
tudine obiniri, citraq; terriculamentum tatae perclam taximq;  
transmittier, ei praesertim qui, ut ab raponibus deprehensis ab  
gnatis animaduortere errata fuerit. At tu sibus enixim sentina fa-  
timq; quomodolibet adgretus dum impetrassim modo. Eum  
coniuole calue, cetra custodelasq; impingue. Qui si ut deliquum  
queat toper porcet, non stetisse tuam tamen per socordiam q;  
uel tricinie uoto multes meo. Neq; esollicitus, si duis q; adha-  
mabis tibi me officio intermino. Fas est quippen alumnationis,  
nutricatus magesteriiq; reminiscier. Antipelargiaq; philostorgi-  
am redhostire diadascalorum. Fibrum quod tibi, Mellonis cal-  
tulæ gnatae, anthracinæq; lolliginis affatu solino propetroq; hoc  
est, ne merteris muginerisq; in alia elucutionis castitudine ele-  
uieq; quam nostrate ape. Caetera susq; deq; fero. Nec inciliabe-  
ris. De fidelitate ferrulata cordicitus, confedusta, caulesceteq; ut  
nunq; decaulesci destirpesciq; ualeat, germanitus hoc pro pacio-  
ne pago, q; hilarodo tibi subulo, gizeriator, gingritor, aneator,  
flator, fabitorq; suam. Hæc ad te pachyteron degrummatum sum  
Salue pãcratice, prosperiter, basilice, athleticæ, ac faustiter, & me-  
ama mutuiter atq; amiciter, subsignatum Rhomæ. OSC. Mel-  
lisfluentia mehercle atq; anthologica, sententiæ fabrae, pulchra-  
les, braesteata. Et potestur tamen fieri tanta ut perpetitudo teti-  
nerit aduoses fostesq; neotericos, qui simitu & cunctim nos pipu-  
lis uellicent, ac tantidem quasi fœta canes irriant, baubent, mor-  
ficatimq; protelent. Nouum loquitandi genus daliui neotimo-  
nesq; liuoribus, rancidati exprobrantes. Vndulata oblitera q; ob-  
uarasse nos, quæq; obsorduerint induffe, monstrosaq; uideri, ip-  
sis scilicet experitis & a Menerua extreme retorridis. Solocistes  
opsemathes q; omnia admiremur cupressumq; adsimulemus,  
quietaliloquos, opicosq; distantes, distantes, ronchisonis, rhino-  
ceroticis caperatisq; naribus palam consputant, a scapilio pin-  
sunt, apluda nequiores. Quibus lociolenta omnia & uel alabastra  
exotici ungenti refertissima putent, fordeo, foueno, strataminisq;



bellutæ q̄ auro mage inhiantes. VOL. Aruncum Nannacūq̄  
uolo nostra tantum cum natatore delio pellegere. Et quid amu  
si, arythmi, apalesti fungi, murgifones, nasutuli, rurestres, saturna  
lia redolentes, bardi, perperi, blemmi, cerriti, laruati, bucones,  
momi, sensu rai atq̄ indolatiles, nullo sale morologio oximo  
rioq̄ præditi, putitii, alabandici fastidiliter sentiant manum ni  
lū uorterim, noegeiq̄ ne sint cicumæ ne, coracesue, triuialiter he  
staq̄ curio neglexerim. Cope horum subducti supercilii carpto  
rum rabiosulorumq̄ rabularum cote liuoris, acuminatas lin  
guas sarpam, si tin gymnasiarchen, antesignanum, archipolipo  
lemarcumq̄ consuetione latini nominis disflauitare pessumq̄  
dasi contigerit. OSC. Interlego, Ciceronem dicis. VOL.  
Im in quā, equirine & per Altellum Pambasilæ urbis plasticem,  
inaniloquom, halapanta, setuosum, in literis literatis tenebrio  
nem, uerborum arduum infantemq̄, arenas sine calce, maltham,  
compedarctoremq̄ Romæ linguæ rumifero. Quem ego si quā  
do forte lego, cacaturio. OSC. At putauit stolo connubio si  
be nexam indeletili synechamq̄ dicatam, quam semel introdu  
xit decima cum pefestate & sup, Gallageticorum gladiæ loquitæ  
di consuetionem, nec fore futurum spexit sectaturos nos sermo  
nem nō quo loquuntur sed quo loquier destiteront. Verum qui  
pacto euallauerit perpetia illatenus carmentalia hæc, ac uermi  
nariis tarentisq̄ uerborum lecythis garriditare impancratus fue  
rit, obstinere haud cliuium escit, Captator popellaris auræ syri  
scus, implanator, uersicariusq̄ fuit. Sic profopopeia quadam te  
trica, & sullana alcmanicaq̄ labe nigrescente liliato barbitio ru  
dibus adhuc & exdocilibus aduelitationem persuasit uerberalis  
simus dierigendusq̄ homuncio. Cuius Eloquentiæ Qui asseclæ  
sunt AQ VARIOLOS dixeris. VOL. AQ VARIO  
LOS ē Pulchella paliureaq̄ comparatio. Isti. n. homulluli ut for  
diduli sunt aginatoresq̄, ita calim adulteriones Romanicas con  
sueueront molere, Et ille filiam.



## ROMANA ELOQVENTIA.

**A**mdudum nescio quis uerborum strepitus nostris auri  
**i** bus insonuit, id adeo uiso, qui nam perturbaturi tantos  
 apparatus huc aduenerint. **OSC.** Eapse illast donna  
 Romana puta Eloquentia, ni sum tongione frausus. Quid aiis?  
**VOL.** Ipsape, Ciceronis quidem oxfor. **OSC.** Etate media  
 stina Matriona uieto, senico, querquero q̄ male nupta uiro, uerū  
 pauciens difficulq; aliuta contigit. Neccam Aphroditim melior  
 fortitus ipfus est obsticus, cataxq; Volcanus. **R. O. E. L. O.** Hi sunt  
 ut uideo, quos audisse me dicebam. **VOL.** Ceciatur sua lace  
 saplamet, si famuletio, eritudine, famulitate, seruitritio castigat,  
 obpuuiaturq; tritis induculis, nullo conduli ungliue olnamen  
 to operita desiduo commetas. Quia nam quippen cinefacto sal  
 tim so, cōcorditate impetrata gnaritatem nostram ueturinamq;  
 moracilla duricors biuita reformidauit. **E. L. O.** Quæ (malum)  
 portenta commemorant? quid obloquuntur? his nostrum po  
 tuit patere Proscanium? Agnosco ecastor & sermonis pariter &  
 oris monstra. Non semel horum intemperies iniuriæ me admo  
 nuit. Adibo, ac propellam ipsos. Præstigiæ q̄ primum hinc abse  
 dite. Quæ isthæc peruicacia? An ideo acciti urbem estis, ut hoc  
 ipsum quoq; oris uestri peste Latium inficiat? Non satis uideba  
 tur, nisi intra lares proprios lacefferitis? Ite malis auibis, extem  
 plo inquam amolimini. **OSC.** Nos qui abrodietæ quiane eru  
 ditionis propagatores sumus ita excuriamur minaciis? **E. L. O.**  
 Sed uerbis parum creditis? Hem dromo & tu Hippasime opti  
 me adestis. Sublimem utrunq; horum humeris attollite. **V. O. L.**  
 Subuos placo menon oppuuiis depuuiet, corgo si taxis. **E. L. O.**  
 Etiam blasphemias addit audaculus. Sic soleo ego improbos sto  
 lidulosq; discipulos, tanquā fugitiua mancipia, corrigere, ut non  
 tam uapulemini quā ludibrio fitis omnibus. Ecquid portentosa  
 ista unq; amplius uerba promere audebitis? **V. O. L.** Ah aha.  
**E. L. O.** Ecquid uos pudet? **V. O. L.** Prebitco, uallesco. **E. L. O.**



Mentiris. Cum Valla siquidem Laurentio filio meo Romano  
pariter ac nitidissimo uobis nunquam conuenit. Tibi dico,  
Num illum caterosq; elegantiarum patronos sequuturas es?  
**VOL.** Si aliuta q̄ discobinatis inceptis nancitor quenq; nostrū  
hiscere, siq; uulpinabimur, caballo fige. **ELO.** Nequeo quid re  
spondeas aut intelligere aut cōiectare. Igitur, quousq; postea edo-  
ctus fueris, quod loqui statueris annue. Mauis itaq; resipiscere, &  
sermone qui hominem plane deceat non abuti? bene habet, an-  
nuisti. Tu uero alter pari modo uapula. **OSC.** O, ueh, o ueh. Aiu-  
tamini. **ELO.** Pudeat, tedeat, pœniteat, nil proderint hercle eiu-  
latus. Euomere est animus monstra ista pectoris? Irridere me au-  
debis amplius? **OSC.** Pertisum est futasse. Dii me perduaxint,  
ni Romearum ipsa es lamia lamiissima. **ELO.** Lamiam me eti-  
am nunc appellare audes impudens. Num facti pœnitet. Quan-  
do igitur ita uis, usq; uapula. **OSC.** At qui dico ego te nobilē  
nobilissimam. **ELO.** Hem, tria potuisti tandem uerba prome-  
re nostratia. Hoc est ergo, lamia lamiissima? Nunc ambo præ-  
unte me excipientes, facite ut intelligam, nec ipsi quicq; addite.  
Numquid uos pudet diu assueti summo cum dedecore sermo-  
nis huius? Pudet. **OSCVS ET VOLSCVS.** Pudet. **ELO.**  
Num etiam post hac illum penitus eiicere, atq; hunc nostrum a  
primis rudimentis imbibere promittitis? Promittimus. **OSC,**  
**VOL.** Promittimus. **ELO.** Sinceriter quantum fieri poterit  
ac sancte seruaturi? Sancte ac sinceriter seruaturi. **OSC.** **VOL.**  
Sancte ac sinceriter setuaturi. **OSC.** Quin etiam hanum pone-  
re, teq; usq; paratragediare. **ELO.** Hoc est quod monui, ne quid  
ultra garriretis, iam cognoscere potestis peruersa rerum assuetu-  
do quantum possit. Dii faciant aliquando doceri meliora uos  
cōtingat. Nunc Hippasime ac tu Dromo hos ab humeris deponi  
te. Vos genibus flectimini, atq; ita rem in uerba mea iurate. Per  
hoc ingens, uenerabile, ac triumphale iterum futurum Capitolii  
saxum. **OSC.** **VOL.** Per hoc ingens, uenerabile, ac triumphale  
iterum futurum Capitolii saxum. **ELO.** Per eam qua pollue



runt pollent pollebuntq; Romani facundiam. OSC. VOL.  
Per eam qua polluerunt, pollent pollebuntq; Romani facundi-  
am. ELO. Iuramus, pollicemur, statuimus. OSC. VOL. Iu-  
ramus, pollicemur, statuimus. ELO. Abeo, qui displicere iam  
incipit, uerborū usu penitus abstinere. OSC. VOL. Ab eo,  
qui displicere iam incipit, uerborū usu penitus abstinere. ELO.  
Quod si id fieri non poterit, unicuq; liceat maledictis uos infe-  
qui, laceffere, lapidibus petere. Ab ite deniq; & cauere.

### RO. ELO. AD SPECTATORES.

Ractis olim Romanorum uiribus illud omni clade cō-  
f tigit asperius, q̄ captiua ego Barbarorū laniata ac scis-  
sa fere ad internicionem usq; fuerim. Diu post unde mi-  
hi adminicula sperassem s̄uior illata uis est & maior pestis, ho-  
rum. s. noua doctrinarum persuasio, sermonis portenta, ab ulti-  
mis oblitteratisq; repetita temporibus dicēdi rusticitas atq; aspe-  
ritas. Nunc bene actum est, explosi isti sunt, nō est amplius quod  
conquerar. Quin etiam mandato dei Opt. Max. Romani ciues  
mei uobis iussa sum edicere, placitum sibi, rursus Gentium urbs  
nostra poriat, armis, si quando bella exegerint, sed pace nu-  
tuq; omnia ac semper. Ideoq; sanctissimum Leonem Decimum  
Pontificem Maximum Numam Pompilium alterum instituit  
cum tanto uiro Iuliano fratre, meo & totius orbis amore, quem  
uos hodie (quod bonum faustum fœlixq; sit) ciuem facitis. Cur  
etenim, quod nulli antehac, tot honores spectacula statuas tro-  
phea statuistis, nempe de futura instauratione diuinātes. Cur me  
latam adeo conspicitis eadem, sed certior causa est. Damna igi-  
tur tantis bonis pensaturi curas ponite priores, suauius post for-  
tunæ uices gauisuri. Natura. n. comparatum est, ut quam quisq;  
sibi maxime libertatē uendicare n̄sus fuerit, partam deniq; dul-  
cius inspiciat, sanctius foueat, diutius tueatur. Ingruerant hactē-



mus sæua Martis munera, maduerant (& uidimus) campi tanto  
Italorum sanguine, ut uix quæ per Iulium secundum respiscere  
iam ceperat, instauratum iri unquã penitus censei potuerit, cū  
subito Augustissimus hic uotis omniũ petitus suffragiorum san-  
ctitate condicitur ac nuncupatur, Atq; ita nouus Pontifex mi-  
rum est quam uniuerfis de se maxima promiserit, quam pacem,  
probitatem, concordiam ex alta tanquam specula rediuiuã om-  
nes contemplantur, quãq; duratura libertatis studia hoc uindice  
stauerint. Neq; uero id iniuria, Quis n. locus aut dies est, qui non  
uirtutis eius unumquenq; admonuerit? Ab adolescentia, supra  
quam contingere uix ulli unquam potuerit, ea usus moderatio-  
ne est, ut abstinentiam, pietatem, mansuetudinem in eo omnes  
admirètur. Falso patrem quandoq; iura populis daturum filium  
qui prædixerat, uaticinatum ac non potius ex tanta probitatis  
indole diiudicasse rentur. Itaq; bonam post hac de rebus pem cõ-  
cipite. Reditura omnia in melius iam credite, ac Valete.


Neminem hic unum aut alterum derisimus adolescentiæ ca-  
lore, sed quemcunq; ita loqui solitum compertum haberemus.  
Si igitur, quisquis es, inique tibi dictum ægretuleris, memento te  
metipsum reum agere. Si æque eodem oris uitio nos arguere po-  
teris quo te reris accusatum, ita nõ magis tibi contradicere quã  
nobis iudicabimur.

FINIS
















Vist Annist Febr. 78. Nr.



